

Domino. Tertio, quia etsi non omnibus agonizantibus reddat se diabolus visibilis, fatigat tamen omnes tentare, vel de desperatione eos, qui male vixerunt, vel de vanagloria illos, qui bonam vitam fecerunt, ut aliquando ipsum diabolum dixisse refert P. Paulus Segnerius in *Christiano Instructio part. 3. serm. 23. num. 15. Quarto*, quia oportet in extremo vitæ suggerere moribundis, ut saltem in corde elicant actus Fidei, Spei, Charitatis, Humilitatis, ac conformitatis Voluntati Divinæ, ut advertit idem P. Segnerius in *Parocho Instructio c. 24. & in his actibus promovendis præsentia Parochi, ejusque pietas, ac virtus non solum utilis, sed necessaria existimatur; Laici enim parùm callent horum virtutum vim, atque methodum. Quinto*, quia Parochus, seu Sacerdos, qui infirmo Oleum Sanctum præbuit, ut plurimum ejus audit confessionem, & latebras conscientie penetravit, unde aptior est ad eum defendendum à diabolicis suggestionibus vel odii, vel avaritiæ, vel impudicitie, vel alterius iniquitatis, ad quam infirmus ipse fuit propensus; siquidem ut ex Alcuino notat P. Cornelius à Lapide in *Genes. cap. 3. Vers. 15. super illud, & tu insidiaberis calcaneo ejus, certi nos omnes esse debemus, quod Diabolus insidiatur calcaneo nostro, quia extremum vitæ nostræ acerbè oppugnat. Tandem Sexto*, quia diabolus pertimescit ipsam vestes Sacerdotales, & aspectus superpellicei, ac stolæ, quæ adit indutus Parochus, seu Confessarius eidem agonizanti, fugat demones. Sic eleganter probat Episcopus Aretius in *tract. de Tribulatione lib. 16. num. 36. referens fugam Angelæ exterminatoris, scilicet diaboli, qui in deserto occiderat supra quatuordecim millia Hebræorum murmurantem adversus Moysen, & Aaron; fugientem statim ac Aaron vestitus Pontificalibus indumentis inter morientes ingressus fuit; de his enim loquens Spiritus Sanctus in lib. Sapient. cap. 18. Vers. 24. ait: Hic autem esset, qui exterminabat, & hæc extimuit; nempe vestibus Sacerdotalibus, ut declarat ibi Glossa ordinaria, inveniens Vera indumenta veri Sacerdotis interfecti, & hic cessit.*

Quò ad Tertiam circumstantiam principalem, observandam in Extremæ Unctionis Sacramento administrando, hæc respicit munditiam loci, in quo administratur. Idcirco non est ignorandum, quòd apud Græcos infirmi inunguntur in Templo, ad quod se deferri currant ut plurimum, ut testatur Ivenin in *Comment. Historic. Dogmat. de Extremæ Unct. q. 11. quest. 1. allegans Gortium in Notis ad Sancti Olei offic. ita dicentem: Unde & ægroti plerique de plebe, aliorum manibus, & opte ad Ecclesiam se deferri student, scilicet ut Extremæ Unctionis ibi Sacramentum recipiant. At etiam apud Latinos antiquitùs erat in usu, præcipuè inter ipsos, ac Religiosos viros, infirmis ad Ecclesiam delatis in ea Oleum Sanctum ministrare; pro majori erga hoc Sacramentum reverentia. Hoc servatum esse à S. Malachia scribit S. Bernardus in ejus vita cap. 31. his verbis: Interea jubet se (S. Malachias) Sacra Oleo ungi, exente conventu Fratrum, ut solemniter feret, non subsistit ut ad se ascenderent (& Templo in cubiculum) sed ipsa descendit ad eum. Abbatem Monasterii B. Mariæ Virginis de Trappa in Gallia, hæc nostra ætate, Monachis suis in Templo Extremam Unctionem ministrare subdit Ivenin ubi supra, addens, quòd & ibi, prout & apud nos his temporibus, privatis in domibus administratur infirmis, & quidem in lectulo decubentibus, si præ morbi iniquitate in lectulo decubentibus in loco inungi non possint.*

Igitur circa locum administrationis procuranda sunt à Sacerdote ea omnia, quæ præcipit Rituale Romanum in *d. Rubr. de Extr. Unct. in princ. his verbis: Sacerdos hoc Sacramentum ministraturus, quantum fieri poterit, parari curet apud infirmum Man-*

nam mappa candida coopertam; itemque Vas, in quo sit bombacium, seu quid simile (puta stuppam) in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas: medullam panis ad detergendos digitos, & aquam ad abstergendas Sacerdotis manus: ceream item candelam, quæ demò accensa ipsi ungenti lotum præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia, ac nitore hoc Sacramentum ministraretur. Quapropter quinque debent esse in loco præparata. 1. Mensa cooperta mappa munda. 2. Vas, seu lebes cum septem globulis bombacii, seu stuppe, deterendis postea per Sacerdotem ad Ecclesiam, & comburendis in Sacrario. 3. Medulla panis, & aqua ad abstergendos digitos Sacerdotis, ac manus lavandas. 4. Candelæ cerea accendenda. 5. His addenda aqua benedicta cum aspersorio ad benedicendum cubiculum, & infirmum, ut mox subdit Rituale eod. loco. Crucem quoque, seu imaginem Crucifixi ab ægrotò deolectandam.

Hæc serò omnia licet conspiciere in miraculosa Extremæ Unctione per ipsum Salvatorem nostrum CHRISTUM JESUM exhibitam Beatæ Liduvina Virgini, quam ex Surio, & ex Ribadeneira die 14. Aprilis describit Bagatta in *Admirand. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 2. his verbis: Mortuaria Beata Liduvina vidit ad se venientem Dominum JESUM cum Sanctissima Matre sua, & duodecim Apostolis, multisque & Sanctis, & Angelis. Sedit autem Christus ad lævum ejus dexteram, Beatissima Maria ad sinistram, alii in orbem benehæsi sunt circumcincti. Vidit etiam mensulam ornatam, & in ea Sacri Olei Vasculum elegantissimum, Crucem quoque pulcherrimam, & cereum quoddam luculentum. Erat tunc corpus Virginis innumeris anguribus à vertice usque ad pedes oppressum, & afflictum. Et ecce sensit ab ipso Salvatore Sacerdotalibus induto vestibus, loca corporis sui omnia perungi, quæ in mortuaria Sacro Oleo ungi solent; sed nulla aude Salvatorem verba proferentem. Unde CHRISTUS posuit in manu ejus cereum, eumque tenuit cum Matre sua, Crucem illic invisibiliter permanentem, donec exhalaret spiritum. Hæc ille. Mors utique felicissima; & noter Lector, in prædicta miraculosa Unctione, B. Liduvina non auditæ Salvatorem verba proferentem; quia verba formæ hujus Sacramenti sunt deprecatoria ad Deum pro remissione peccatorum; ipse autem Salvator est qui peccata remittit, & ut ait Apostolus Joannes Episc. 1. cap. 2. Vers. 2. ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

Quò ad Quartam, & Ultimam circumstantiam attendendam à Parochis, seu aliis Sacerdotibus in ministranda Unctione Extrema; hæc versatur circa tempus infirmitatis, in quo ipse infirmus est inungendus. Debet igitur Minister hujus Sacramenti cavere à duobus extremis, videlicet ne sit nimis propeus, & ne sit nimis tardus in dando Oleo Sancto. Non debet esse nimis propeus, prout faciebat Parochus quidam, de quo Quintanadven. *tract. 5. singular. 7. refert, quòd in initio cujuscumque morbi urgebat infirmum, ut se ab hac cura expediret. Ex hac acceleratione dandi Oleum Sanctum in principio infirmitatis etiam levis, duo oriuntur inconvenientia: Unum est, quòd ipse Parochus peccat mortaliter, siquidem transgreditur præceptum Concilii Tridentini, ac Florentini, à quibus statuitur, ut hoc Sacramentum detur infirmis in periculo mortis existentibus; & offendit rationem ipsius Sacramenti, quòd institutum est tamquam extremum remedium hominum infirmorum, & morientium, quo in gravissimo mortis periculo juventur, & ad gloriæ introitum, quoad fieri potest, disponantur; & idèd sic propeus inungens lethaliter peccare advertunt Suarez in *3. par. D. Thom. tom. 4. disp. 42. Sæc. 2. num. 4. Sotus in 4. dist. 23. art. 2. Miranda tom. 1. quest. 49. art. 2. Quintanadven. d. tract. 5. singular. 7. & Gobatus tract. 8. num.**

num. 874. Imò talis Parochus, aut Sacerdos, qui crederet, licitum esse inungere infirmos levi morbo laborantes Oleo Sancto, incidere in hæresim Calvinianam, asserentes lib. 4. *Institut. cap. 19. de ult. Unct. num. 25. S. Jacobum voluisse, omnes infirmos inungi, prout refert Diana Coordinatus tom. 2. tract. 4. resol. 37. quæ in veteri habetur part. 5. tract. 3. resol. 95.*

Alterum inconveniens ex nimia hac acceleratione est, quòd Sacramentum Extremæ Unctionis remanet invalidum, ut ex Suarezio, Isimberto, Gradano, Palao, & aliis probat idem Diana in *cit. tom. 2. Coordinato tract. 4. resol. 38. desumpta ex antiquo part. 9. tract. 6. resol. 44. in qua plura argumenta facit pro dicta nullitate; & præcipuè, quia Extrema Unctio est Sacramentum exeuntium, & ut loquitur Concilium Tridentinum Sess. 14. in præmio de Extr. Unct. institutum est à Christo Domino, ut finem nostræ vitæ tamquam firmissimo quodam præsidio muniret adversus diaboli insidias. Ergo supponit, non esse ministrandum aliqui, quàm iis, qui in fine vitæ esse creduntur. Ex quibus infert Diana d. *resol. 38. in fin. cum Quintanadven. & Amico, quòd si data fuisset Extrema Unctio in principio levis infirmitatis, quæ postea transiret in periculosam, ac mortalem, deberet ægrotus iterum Oleo Sancto inungi, ex præsupposita nullitate primæ Unctionis.**

Porro ex nimia tarditate Parochi in dando Oleo Sancto, sequuntur duo alia inconvenientia, quando scilicet adeò tardat, ut ægrotus sit privus, ac destitutus sensibus, rationive usu, dum inungitur. Primum inconveniens est, quòd ipse Parochus fit reus peccati mortalis ob hanc suam negligentiam, & tarditatem. Ita Catechismus Romanus, jussu S. Pii V. Papæ editus de Sacram. Extr. Unct. cap. 9. ibi: In quo tamen gravissimo peccant, qui illud tempus ægroti ungenti observare solent, cum jam omnis salutis spe amissa, vitæ, & sensibus carere incipiat. Ita quoque mortalis culpa reum facit Parochum, ut supra tardantem Naldus Verb. *Extrema Unctio num. 1. Quintanadven. d. tract. 5. singular. 8. numer. 3. Gobatus d. tract. 8. num. 874. in fin. & Diana Coordinatus d. tom. 2. tract. 4. resol. 36. & 37. in quarum prima prudenter notat, (quod experientia nos docet) parentes, ut plurimum, amare magis corpora, quàm animas infirmorum; & idèd, quando agitur de Extremæ Unctione illis ministranda, clamant, & usque ad ultimum differre volunt. Quapropter Parochus non acquiescat negativæ parentum infirmi inungendi, cum videt eum in periculo mortis constitutum, nec fluctaret eorum contradictio-nibus, sed consulat suæ conscientie, & animæ ægroti, ipsumque hoc Sacramentum muniat; obiciatque illis, quatenus opus sit, exemplum S. Malachie descriptum à S. Bernardo Abbate, & relatum tum à Surio in vita ejusdem Sancti Malachie tom. 6. die 5. *Novembr. pag. 34. tum à Gobato d. tract. 8. num. 934. his verbis: Habebat Vir nobilis in vicinia Benchoensis Monasterii, cujus uxor cum ægrotaret ad mortem, rogatus Malachias ut descenderet, priusquam moreretur, infirmam uncturus Oleo descendit, & intravit ad eam; & cum pararet ungere illam, visum est omnibus differendum usque mane, erat enim Vespéra. Acquivit Malachias, & data benedictione super ægram exivit cum his, qui secum erant. At verò post modicum subito clamor factus est, & strepitus multus per totam domum; siquidem insonuit, quòd mortua esset. Accurrit Malachias tumultu auditus, & secuti sunt eum discipuli ejus, & accedit ad lectum; ut verò expirasset composuit, conseruatus est animo, sibi imputans (notent Parochi) quòd fraudata gratia Sacramenti obierit, & elevatis manibus: Objecit Domine, inquit, inspiciens regi. Ego, ego peccavi, non ista, quæ voluit. De Sacramentis in genere.**

Hæc dicens constatus est in audentia omnium, nullam si recepturum consolationem, nullam requiem daturum spiritui suo, nisi quam rulerat, liceret gratiam restituere. Prolequitur Auctor narrare, quòd S. Malachias totam noctem consumpsit in lacrymis, & oratione; & mane factò, quæ fuerat mortua, aperuit oculos, ac revixit; Sacramentum Extremæ Unctionis recepit, cujus virtute etiam corporis sanitatem obtinuit. O quanti moriuntur, prout hæc mulier, ob tarditatem Curatorum sine Extremæ Unctione, qui non resurgunt ad illam recipendam!

Inconveniens secundum ex eadem tarditate est, quòd quamvis ægroti non moriantur sine hoc Sacramento, illud tamen obtinent cum minori fructu, dum inunguntur, quando rationis usum amiserunt, & sensibus sunt destituti. Plures sunt rationes hujus inconvenientis demonstrativæ. Prima, quia detrahitur reverentiæ hujus Sacramenti, cum nullam erga illum possit exercere agonizans, nesciens quid agatur. Secunda, quia privatur robore, & auxilio ad resistendum tentationibus diaboli. Tertia, quia defraudatur spe salutis corporalis; quamvis enim hoc Sacramentum supernaturaliter juvet ad recuperandam sanitatem, non tamen est contentatum expectare tempus, in quo necessarium fit miraculum ad sanitatem obtinendam; nam hoc est quodammodo tentare Deum, & virtutem Sacramenti velle experiri. Ita Pitigianus apud Dianam Coordinatum d. *tom. 2. tract. 4. resol. 36. ubi etiam Sotus in 4. Sent. dist. 23. q. 2. art. 2. & Joan. de la Cruz in direct. Conscien. par. 2. dub. 3. concl. 3. Quibus adhaerent Quintanadvenas d. tract. 5. de Extrem. Unct. singular. 8. Gobatus eod. tract. 8. n. 876. & 936. ac Bonacina disp. 7. quest. Unica punct. 5. num. 7. ubi plurimum hoc idem docentes cumulat.*

Postremò corollarii gratia, circa hanc circumstantiam temporis duo scitu digna sunt notanda. Unum, quòd in Hispania ex Concilio Tolitano XIII. Oleum Sanctum dari debebat infirmis illud postulantis, & dum essent mentis compos, quia si supervivabant, ac sani fierent, remanebant perpetuo Dei obsequio dedicati. Ita Magrus in *Hierolexio. Verb. Oleum Sanctum col. 2. Alterum, quòd tempore generalis, localique Interdicti prohibita est Extrema Unctio per text. in cap. Quod in te. De Penit. & Remiss. nisi infirmi sint Privilegiati, quales sunt Religiosi, & nisi non potuissent recipere Sacramentum Penitentiae; in hoc enim casu, cum Extrema Unctio per solam attritionem infirmi apta sit delere peccata etiam mortalia, consentiunt omnes Doctores, quòd possit etiam hoc tempore iisdem infirmis ministrari. Suarez de *Extrem. Unct. disp. 41. sect. 1. num. 19. Tamburin. eod. tract. lib. 6. cap. 4. Diana part. 3. tract. 4. resol. 170. nec non part. 5. tract. 10. resol. 78. repositis in Coordinato tom. 2. tract. 4. resol. 32. & 33. ubi alios DD. allegat.**

DECISIO LXXV.

ARGUMENTUM.

Utrum Parochus moribundus, deficiente quocumque alio Presbytero, possit sibi ipsi ministrare Sacramentum Extremæ Unctionis? disputatur in hac Decisione. Tres rationes Dianæ pro negativa opinione. At pro Affirmativa, quæ amplectitur, rationes decem ex Theologia, Jure Canonico, Scriptura Sacra, ac Medicina desumptæ.

SUMMARIUM.

1 Parochus moribundus, absente omni alio Sacerdote, an sibi possit ministrare Oleum Sanctum? 2 Ra-

- 1. Rationes pro negativa opinione. & num. 4. pro affirmativa.
- 2. Baptizare seipsum nemo potest. & num. 28.
- 3. Sacramentum ubi sit, ubi est debita Materia, Forma, & Minister.
- 6. Plus cui licet, non est prohibitum minus.
- 7. Eucharistiam extra Missam de per se Sacerdos sumere potest.
- 8. Medicus agrotans an sibi ipsi possit mederi?
- 9. Asclepiadis Medici cura, & mors.
- 10. Medicina spiritualis est Extrema Unctio.
- 11. Esse primum habens debet habere primum frui.
- 12. Executor testamentarius quando possit retinere sibi eleemosynam reliquam pro pauperibus?
- 13. Sacramenta sunt capitale pretiosissimum comparatum meritis Christi.
- 14. Sacerdotes sunt tamquam Executores testamentarii Christi.
- 15. Cause, quae possent impedire, ne Sacerdos sibi det Extremam Unctionem.
- 16. Sacerdotis officium est petere à Deo veniam de peccatis.
- 17. Papa potest sumere pro seipso Indulgentiam aliis concessam.
- 18. Presbyteri sunt ministri Extremæ Unctionis.
- 19. Ministri in Sacramento Matrimonii sunt ipsi sponsi. & num. 32.
- 20. Vidue ab Eliseo ditatae Oleo mystica significatio.
- 21. Humanior sententia amplectenda, ubi Jus non contradicit.
- 22. Dubia in benigniorem partem resolvenda.
- 23. Interpretatio plenissima faciendâ est in beneficiis.
- 24. Pluralis numerus significat etiam singularem.
- 25. Latrones, idest unus ex latronibus blasphemabat Christum.
- 26. Persona una, & eadem potest gerere vicem duarum.
- 27. Extrema Unctio datur per verba deprecatoria ad Deum.
- 28. Baptizare seipsum quæ nemo possit? redditur ratio.
- 29. Abolvere sacramentaliter seipsum nullus valet. Et cur?
- 30. Sacramenta consentientia in usu quando requirant ministrum alium à suscipiente?
- 31. Consummare, nec ordinare seipsum nullus potest.
- 32. Opinio damnata, de relinquenda tutori circa Sacramenta.
- 33. Opinio tutor, & probabilior quamnam sit?
- 34. Opinio minus probabilis in extrema necessitate elegi potest.
- 35. Medicina dubia adhiberi potest aegro periclitante.

Ed antequam à causa efficiente ad suscipientem transeamus, videlicet à Ministro hujus Sacramenti ad subiectum, seu personam, cui est conferendum, resolvenda est satis curiosa quæstio attingens eundem Ministrum, quæ est hujusmodi. Parochus in montanis curam, & residentiam habens distat ab aliis Ecclesiis, per quatuor miliaria, & ultra. Nullum habet Sacerdotem, à quo tempore suæ infirmitatis Sacramenta recipiat, nisi aliquem ex parochiis distantibus sibi acciscat. Hunc Parochum ex abrupto aggreditur mortalis morbus angine, seu inflammatione maxima faucium, & laryngis; adeo ut paucas post horas moribundus efficiatur, cum totiens respiracionis, & deglutitionis impedimento. Sentiens se penitus suffocari, nec habere tempus expectandi alium Sacerdo-

tem, animam suam Deo, omni meliori modo, quo potest, commendat, & habens in cubiculo Oleum Sanctum, sibi ipsi cum illo dat Extremam Unctionem, solitos sensus inuengens proferendo formam consuetam, *Indulgeat mihi Dominus*, & dicens quidquid per visum, (alioquin sensus respectivè, dum illos inungit) deliqui. Queritur, an validè, & licitè prædictus Parochus Sacramentum Extremæ Unctionis impertiat sibi? Ad hunc casum, quem solum Dianam, & Mercetum ab eo citatum examinare reperio, & quos refert Lezana in Summ. p. 3. V. Extrema Unctio num. 18. ab illidem respondetur negativè, his rationibus. 1. Quia S. Jacobus satis indicat diversas esse personas infirmi, & Presbyteri uncturi. 2. Quia substantialiter mutatur forma quoad significationem verborum; non enim idem est, *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*. Et, *Indulgeat mihi quidquid deliqui*. Sicut est mutatio substantialis, si quis diceret *Baptizome*, ut docet S. Thomas in 3. p. q. 66. art. 5. ad 4. 3. Quia Sacramenta, quæ periciuntur ipso vis, requirunt ministrum à suscipiente diversum. Ita Diana Coordinatus tom. 2. traç. 4. resol. 41. desumpta ex veteri part. 5. traçat. 3. resol. 95. ubi citatur Mercerus idem docens in 3. part. de Sacramentis quæst. 32. artic. 5.

His tamen non obstantibus probabilior censetur affirmativa opinione; mihi enim videtur in præmissis necessitatis casu, & deficiente omni alio Sacerdote, Parochum moribundum validè, ac licitè sibi ministrare Extremæ Unctionis Sacramentum ex sequentibus consideracionibus, ac argumentis.

Primò: Quia ubi intervenit Materia, Forma, & ac Minister proprius uniuscujusque Sacramenti, ibi validè, ac licitè ministratur idem Sacramentum. Sed in hoc casu prædicta tria interveniunt; quia Parochus hic moribundus utitur Oleo Sacro, proferet solitam formam à Rituali præscriptam, & ipse est ex officio Minister hujus Sacramenti. Ergo absentibus aliis Sacerdotibus, validè, & licitè illud ministrat sibi.

Secundò: Cui licet, quod est plus, prohibitum non censetur quod est minus. *Non debet. ff. de Reg. Jur. cap. Cui licet 5. cod. tit. in 6. Barbosa Axiom. 180. num. 2. ubi DD. Sed Sacerdoti, in alioquin absentia, licet sibi ministrare Sacramentum Eucharistiam extra Missam, ut probavi De Venerabili Euchar. Sacram. Decif. 29. & ibi Diana Coordinatus d. tom. 2. traç. 2. resol. 39. collecta ex veteri par. 13. traç. 7. resol. 42. Eminent. Card. de Lugo de Euchar. disp. 18. num. 28. & de Laura eod. traç. disp. 24. num. 67. & 68. Ergo etiam Sacramentum Extremæ Unctionis sibi ipsi præbere licebit, potissimum in casu extremæ necessitatis.*

Tertiò: Nemo inficiatur, licitum esse Medico sapienti, sibi, dum agrotat, præscribere, ac porrigere medicinam. Ita notat Zaechias in Q. 8. Medicolog. tom. 1. libr. 6. tit. 1. quæst. 7. num. 31. & ratio manifesta est; quia qui scit, & potest mederi aliis, non censetur prohibitus mederi sibi. Imò Medicus tamquam talis obligatus videtur ad sibi ipsi medendum; juxta illud adagium à divino Redemptoris ore prolatum, *Medice cura te ipsum. Luc. 4. 23.* Hinc de quodam Asclepiade Medico scribit Plinius libr. 25. cap. 2. quod se iudabat nullius alterius Medici ope indigere, & se ipsum sola arte sua ab omni infirmitate præservare; nec vanum locutus, quia ad summam pervenit senectutem, & è scala prolapsus obiit non ex infirmitate, sed ex illusione capitis in terram. Sacramentum Extremæ Unctionis est medicina à Christo Domino instituta ad alleviendam animam faciem ab infirmitate tum spirituali ob reliquias peccatorum, tum corporali urgente aliquo gravi morbo, ut declaratum est in Sacro Conc. Trident. sess. 24. de Extr.

Quintò: Si quid obstat ne Sacerdos in casu extremæ necessitatis neque validè, neque licitè sibi conferret Sacramentum Extremæ Unctionis, illud esset, vel ob irreverentiam Sacramenti, vel ob indecentiam status Sacerdotalis, vel ob incongruitatem verborum, quæ pro forma ejusdem Sacramenti proferuntur. Sed nullum horum dici potest intervenire, dum Sacerdos moribundus seipsum Sacramentaliter ungit. Non Sacramenti irreverentia, quia devotè illud suscipit, & illud sibi ministrat virtute characteris Sacerdotalis, & Pastoralis officii, quod habet. Non indecentia sui status, quia etiam Sacerdotibus graviter decumbentibus hoc Sacramentum conceditur. Non incongruitas in verbis formæ ejusdem Sacramenti, Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulget mihi Dominus quidquid deliqui tum quia hæc forma deprecatoria est, petens humiliter à Deo remissionem culparum, & levamen à penis debitis ob ipsas culpas; est autem officium proprium Sacerdotum Deum suppliciter petere, ut peccatoribus parcat, juxta illud: *Inter vesibulum, & altare plorabunt Sacerdotes Ministri Domini, & dicent: Parce Domine etc. Jos. 2. 17.* Imò pro propriis delictis orare, ut ait Eccl. 39. 7. *Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur*; tum etiam quia quotidie in Missa Sacerdos ex officio poscit à Deo, ut indulget sibi omnia peccata sua, videlicet post Confessionem ascendendo ad altare, & dum illud osculatur, dicendo: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquia hic sunt, & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.* Igitur si tamquam Sacerdos vestibus Sacris indutus, incepta Missa, orat Deum, ut ei indulget omnia peccata sua; cur velimus asserere illicitum, aut prohibitum esse eidem Sacerdoti in articulo mortis, aliis Mystis absentibus, induere Cotta, & Stola, ac sibi Sacramentum Extremæ Unctionis ministrare; cum ejus forma consistat in orando Deum, ut per illum Sanctam Unctionem, ac suam piissimam misericordiam indulget ei quidquid per sensus, quos linit Oleo Sacro, deliquit?

Sextò: facit, quod Pontifex, qui concedit Indulgentiam aliis, potest etiam illam sumere pro seipso, ut docet S. Thomas in 4. dist. 20. art. 5. quæst. 4. Eminentiss. Cardinal. de Lugo de Sacramento Penitent. disp. 27. numer. 6. Gobatus in Quinario traç. 4. num. 260. scilicet jejuando, & adimplendo ea, quæ mandavit adimpleri pro consecutione illius Indulgentiæ. Ergo etiam Parochus, qui jurisdictionem habet, & facultatem impetrandi indulgentiam culparum Venialium suis Parochianis periculose decumbentibus ministrando illis Extremam Unctionem, poterit etiam sibi graviter decumbenti eandem indulgentiam lucrari, ministrando sibi Extremæ Unctionis Sacramentum.

Septimò: S. Jacobus in promulgando hoc Sacramento genericè dixit: *Infirma quis in vobis? inducat Presbyterus Ecclesie etc.* ad demonstrandum, quod qui sunt Presbyteri possunt prædictum Sacramentum ministrare; non excipiendo de aliis tantum infirmis, non verò de seipsis, casu quo gravi infirmitate detineantur. Sed prædictus Parochus est Presbyter, cui convenit hujus Sacramenti administratio ex verbis S. Jacobi Apostoli; ergo etiam sibi poterit illud ministrare, atenta regula; quod cui conveniunt verba dispositionis, debet convenire dispositio. *l. 4. §. Totius. ff. de Damno infecto.*

Octavò: Argumentum forte pro hac opinione est, quod etiam in Sacramento Matrimonii idem sunt Ministri, ac suscipientes; siquidem Theologorum, ac Canonistarum communis, & concors opinio est, quod ipsi contraentes sunt illi, qui sibi ministrant Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

Extr. Unct. cap. 1. Medicus ordinarius pro hoc pharmaco celesti exhibendo fidelibus periculose agrotantibus est omnis Sacerdos, quo ad Characterem: & omnis Parochus quo ad officium, ac Jurisdictionem. Sicut igitur prædictus Parochus est Medicus ordinarius spiritualis pro danda hac celesti medicina Extremæ Unctionis omnibus suis Parochianis graviter decumbentibus, poterit etiam eandem sibi validè, & licitè ministrare in extremo vitæ, potissimum absentibus aliis Medicis familiaribus, nempe Sacerdotibus, à quibus possit eam petere, & obtinere. Facit dictum Baldi in l. si plures, C. de Condit. insert. videlicet *Qui habet primum esse, habere debet primum frui.* In ordine medendi infirmis in anima, & in corpore celesti hoc Sacramentum, primum omnium est Parochus, ut probatum est supra Decif. XI. num. 11. Ergo debet etiam esse primus in fruendo ejusdem Medicinæ beneficio in proposito casu, eam sibi ipsi applicando, si nullus alius reperitur Sacerdos, qui illam porrigat.

Quartò: Si quis relinquatur Executor testamentarius cum facultate dispensandi magnam pecunie quantitatem pro eleemosyna pauperibus, potest aliquam partem ejusdem pecunie sibi applicare, si verè sit pauper, & indigeat, ut docet S. Thomas 2. 2. quæst. 32. art. 9. ad 3. & alii Cardinal. Cajetan. Navarrus. Menochius. Vega, Cardin. Toletus, & alii Theologi, Canonistæ, & Jurisconsulti, quos citat, ac sequitur Sanchez in Decalog. libr. 6. cap. 11. num. 54. cui adheret Collegium Salmanticense in cursu Theologiæ Moralium tom. 3. traç. 14. de Contractib. cap. 5. de Testament. num. 168. Hujusmodi facultatis duæ sunt principales rationes: Una, quod ipse Executor non debet esse deterius conditionis, quam sint alii pauperes in recipienda ipsa eleemosyna. Altera, quod idem executor representat duas personas; illam scilicet testatorem in eleemosyna largiendam; & suam ipsam tamquam egeni in eadem eleemosyna recipienda. *l. Unum ex familia. §. Sine falcidia. ff. de Legat. 2. Sanchez d. num. 54.* Modò septem Sacramenta Ecclesiæ sunt capitale quoddam pretiosissimum comparatum Sanguine, ac meritis Jesu Christi Redemptoris nostri ad subveniendum indigentibus spiritualibus totius Ecclesiæ, juxta illud Principis Apostolorum, *Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis etc. Sed pretioso Sanguine quasi Agni immaculati Christi.* 1. Petr. 1. 18. Capitale hoc, seu thesaurum Christi, Dominus largiendum misericorditer animabus indigentibus consignavit Sacerdotibus, quos tamquam suos executores testamentarios ad hunc effectum constituit, dicente Apostolo Paulo: *Sic nos existimet homo ut ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* 1. Corint. 4. 1. Igitur Parochus moribundus, de quo in casu proposito, cum summe egeat auxilio thesauri prædicti, meritum scilicet Christi, ac ejus pretiosi Sanguinis per applicationem Sacramenti Extremæ Unctionis, cujus ex officio est distributor, poterit illud sibi applicare, quocumque alio Sacerdote deficiente, ad levamen suæ spiritualis indigentia, ad obtinendam venialium culparum remissionem, ad corroborandam animam suam contra insultum diaboli, & ad alios saluberrimos effectus ejusdem Sacramenti consequendos: Si quidem nihil impedit, quod duarum personarum vicem gerat. Unius tamquam Sacerdotis, & Parochi in dando sibi hoc Sacramentum; alterius uti infirmi, & in extremo vitæ constituti, illudmet recipiendo.

Quintò: Si quid obstat ne Sacerdos in casu extremæ necessitatis neque validè, neque licitè sibi conferret Sacramentum Extremæ Unctionis, illud esset, vel ob irreverentiam Sacramenti, vel ob indecentiam status Sacerdotalis, vel ob incongruitatem verborum, quæ pro forma ejusdem Sacramenti proferuntur. Sed nullum horum dici potest intervenire, dum Sacerdos moribundus seipsum Sacramentaliter ungit. Non Sacramenti irreverentia, quia devotè illud suscipit, & illud sibi ministrat virtute characteris Sacerdotalis, & Pastoralis officii, quod habet. Non indecentia sui status, quia etiam Sacerdotibus graviter decumbentibus hoc Sacramentum conceditur. Non incongruitas in verbis formæ ejusdem Sacramenti, Per istam Sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam indulget mihi Dominus quidquid deliqui tum quia hæc forma deprecatoria est, petens humiliter à Deo remissionem culparum, & levamen à penis debitis ob ipsas culpas; est autem officium proprium Sacerdotum Deum suppliciter petere, ut peccatoribus parcat, juxta illud: *Inter vesibulum, & altare plorabunt Sacerdotes Ministri Domini, & dicent: Parce Domine etc. Jos. 2. 17.* Imò pro propriis delictis orare, ut ait Eccl. 39. 7. *Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur*; tum etiam quia quotidie in Missa Sacerdos ex officio poscit à Deo, ut indulget sibi omnia peccata sua, videlicet post Confessionem ascendendo ad altare, & dum illud osculatur, dicendo: *Oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquia hic sunt, & omnium Sanctorum, ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.* Igitur si tamquam Sacerdos vestibus Sacris indutus, incepta Missa, orat Deum, ut ei indulget omnia peccata sua; cur velimus asserere illicitum, aut prohibitum esse eidem Sacerdoti in articulo mortis, aliis Mystis absentibus, induere Cotta, & Stola, ac sibi Sacramentum Extremæ Unctionis ministrare; cum ejus forma consistat in orando Deum, ut per illum Sanctam Unctionem, ac suam piissimam misericordiam indulget ei quidquid per sensus, quos linit Oleo Sacro, deliquit?

Sextò: facit, quod Pontifex, qui concedit Indulgentiam aliis, potest etiam illam sumere pro seipso, ut docet S. Thomas in 4. dist. 20. art. 5. quæst. 4. Eminentiss. Cardinal. de Lugo de Sacramento Penitent. disp. 27. numer. 6. Gobatus in Quinario traç. 4. num. 260. scilicet jejuando, & adimplendo ea, quæ mandavit adimpleri pro consecutione illius Indulgentiæ. Ergo etiam Parochus, qui jurisdictionem habet, & facultatem impetrandi indulgentiam culparum Venialium suis Parochianis periculose decumbentibus ministrando illis Extremam Unctionem, poterit etiam sibi graviter decumbenti eandem indulgentiam lucrari, ministrando sibi Extremæ Unctionis Sacramentum.

Septimò: S. Jacobus in promulgando hoc Sacramento genericè dixit: *Infirma quis in vobis? inducat Presbyterus Ecclesie etc.* ad demonstrandum, quod qui sunt Presbyteri possunt prædictum Sacramentum ministrare; non excipiendo de aliis tantum infirmis, non verò de seipsis, casu quo gravi infirmitate detineantur. Sed prædictus Parochus est Presbyter, cui convenit hujus Sacramenti administratio ex verbis S. Jacobi Apostoli; ergo etiam sibi poterit illud ministrare, atenta regula; quod cui conveniunt verba dispositionis, debet convenire dispositio. *l. 4. §. Totius. ff. de Damno infecto.*

Octavò: Argumentum forte pro hac opinione est, quod etiam in Sacramento Matrimonii idem sunt Ministri, ac suscipientes; siquidem Theologorum, ac Canonistarum communis, & concors opinio est, quod ipsi contraentes sunt illi, qui sibi ministrant Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

ferentem, sed in re perferente, quæ est personam, qui sibi ministrat Matrimonii Sacramentum, et si ipsismet Sacramentum non consistat in re per-

illa, quod aegro periclitanti potius est adhibere medicinam dubiam; quam nullam, saltem si non sit obfutura. Sanchez lib. 1. Moral. cap. 9. n. 39. & Gobat. in Exper. Theol. trañ. 2. num. 36. & 37. maxime cum agatur de medicina spirituali pro anima ipsius moribundi; attenda alia regula docente, quod ibi non interuenit temeritas praesumptionis, ubi est diligentia pietatis. cap. Si nulla, de Consecr. dist. 4.

DECISIO LXXVI.

ARGUMENTUM.

Firmatur, quod Oleum Sanctum non est ministrandum homini mortuo, sed tantum Viatori, ac viuenti. Praemittitur definitio, ac diuisio Mortis, nec non causa ejus intrinseca, nempe extinctio caloris naturalis, & humidi radicalis. Si Adam non peccasset, homines non morentur, quia edentes de fructu Ligni Vitae positi à Deo in Paradiso terrestri, se semper sanos, ac felices seruarent. Quaesita plura, ac curiosa de eodem Ligno Vitae. Explicatio septem aetatum hominum. Rationes sex, ob quas Mortui sunt incapaces Extremae Unctionis. Objecta duo, & eorum resolutio, quod olim mortui Oleo Sancto liniuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Subiectum Extremae Unctionis duplex, Proximum, & Remotum; & quale sit utrumque?
- 2 Conditiones quinque necessariae in recipiente Extremae Unctionem.
- 3 Homini viuenti datur Oleum Sanctum, non autem mortuo. Et n. 21. & 25.
- 4 Mortis definitio. Et quomplex sit Mors?
- 5 Vita hominis consistit in calore naturali, & humido radicali.
- 6 Calor naturalis in homine quomodo extinguatur?
- 7 Humidum radicale an consumetur à calore naturali?
- 8 Causa mortis naturalis quanam sit in homine?
- 9 Colerici cur citius moriantur?
- 10 Adam si non peccasset, homines non morentur. Et cur?
- 11 Lignum vitae creatum à Deo, cur dictum ab Hebraeis Lignum Vitarum?
- 12 Immortales an fuissent homines esu Ligni vitae?
- 13 Homo comedendo de Ligno vitae longo tempore vixisset, sed non infinito.
- 14 Aeternum quid significet in Scriptura Sacra?
- 15 Mosaisca Lex quomodo esset seruanda in aeternum?
- 16 Lignum vitae in Terrestri Paradiso an esset unum, vel plura.
- 17 Aetates hominum quae? & quot sint?
- 18 Senes ex parvis passionibus moriuntur.
- 19 Mors senum decrepitorum sine dolore.
- 20 Letitia ingens causat improvisam mortem.
- 21 Mortui ob sex rationes sunt incapaces Olei Sancti.
- 22 Mortui antiquitus Oleo Sancto ungebantur. Et num. 25.
- 23 D. Lucas d' Arbery, & D. Joannes Mabillon Monachi Congregationis S. Mauri in Gallia Auctores saeculorum Benedictionum.
- 24 Mortua filia Regis Francorum liniatur Oleo Sancto à B. Theoderico Abbate, & reuiviscit.
- 25 Mortuorum unctio antiquitus non erat Sacramentalis.

- 26 Mystica significatio unctionis mortuorum.
- 27 Infirmi olim oleo lampadarum, vel simpliciter benedicti ad solam curacionem ungebantur.
- 28 Monachi, ac etiam Abbates olim Ordinibus Sacris non initiabantur.
- 29 Simile non est idem.
- 30 Facta multa Sanctorum sunt admiranda, non imitanda.
- 31 S. Ebba Abbatisa, ac ejus Moniales nasum, & labia sibi obruunt, ad Virginitatem seruandam.
- 32 Infirmo moriente ante completas unctioes Olei Sancti, desistendum.
- 33 Conditionaliter dandum Oleum Sacrum infirmo, quem expirasse dubitatur.

Atis abundè hucusque egimus de Ministro Sacramenti Extremae Unctionis; nunc differendum est de illius subjecto; quod quidem est duplex, proximum, & remotum. Mastrius in 4. Sent. disp. 6. num. 103. Subiectum proximum sunt ipsa sensuum organa immediate inungenda, de quibus egimus supra Decif. LXXVI. & Decif. LXXVII. docendo numerum, & ritum Unctionum in ministrando hoc Sacramento faciendarum. Subiectum autem remotum, secundum omnes Theologos, ac Summissas, est Homo Viator Baptizatus, Adultae aetatis, Infirmus, ac morti probabiliter proximus, nec non Penitens, & dolens de peccatis. Idem Mastrius ubi prox. n. 104. Suarez in 3. p. D. Thom. tom. 4. disp. 42. scilicet. 1. Bonacina de Extr. Unct. disp. 3. quae. Unica. punct. 5. Emin. Card. de Lauræa de eod. Sacram. disp. 11. art. 12. & passim omnes. Igitur quinque conditiones requiruntur in homine, ut sit subiectum capax Extremae Unctionis, videlicet, ut sit Viator, seu Viuentis; ut sit Christianus, in aetate adulta, infirmus, ac probabiliter proximus morti, nec non penitens, ac de peccatis dolens, de quibus omnibus specificè est differendum.

Prima itaque conditio est, ut sit Homo viator, seu viuentis, non autem mortuus. Pro ornato conditionis hujus sciendum, quod Mors est recessus Animae à corpore secundum Aristotelem lib. de Morie: siue Mors est anime, ac corporis dissolutio, ut ait Ludov. Vives apud Polyanth. Verb. Mors. Est autem duplex, Naturalis, & Violenta. Mors naturalis est, quae causatur à principio intrinseco, hoc est, à calore consumente humidum radicale. Arist. lib. de Juventute, & Senect. cap. 14. & ibi Maurus in Comment. tom. 4. pag. 703. Si quidem vita hominis consistit in duratione caloris, & humidi radicalis, de quo natura providit viuentem, ut eo tamquam pabulo calor naturalis conservaretur, ac foveretur, cum de per se ipse calor facillimè exhalet, & dissipetur, & dicitur radicale, quia est radix totius arboris humanae; homo enim vocatur arbor everfa, substantiam suam attrahens ab eodem humido radicali, ut differit Mastrius in lib. de Generat. & Corrupt. disp. 8. n. 120. ubi ait, nihil aliud esse mortem, nisi extinctionem caloris naturalis; unde aliqui significarunt vitam, & mortem duabus mundi partibus, Meridionali, quae est calida, & Septentrionali, quae est frigida, & n. 121. ubi explicat species humidi radicalis, comparans illud oleo, cujus unctuositate deficiente extinguitur ignis; idem dicens de calore naturali dum deficit humidum radicale. Violenta autem Mors illa appellatur, quae provenit à principio extrinseco, ut sunt morbus, ferrum, venenum, influxus caelestis, corruptio aeris, respiracionis impedimentum, ut bene declarat, ex Medicis Zacchias in Q. Medicoleg. lib. 1. tit. 3. q. 1. à n. 41. & seqq. & ex Philosophis Mastrius d. disp. 8. n. 120.

Disputant verò Philosophi quomodo corrumpatur, & pereat calor naturalis? Alii enim volunt ipsum corrumpi, quia nativa complexio distem-

temperatur, ab alimentis, vel superfluis, vel male qualitatis, & ex eorum infectione humidum radicale amittit suam virtutem nutritivam caloris, qui propterea necessarîo extinguitur, adinstar lucernae, cujus oleum amisit suam oleositatem, & remansit cum sola restreitate. Alii verò ex magis communi opinione docent, quod calor corrumpitur ob suam actionem, tum in humidum radicale. Ratio evidens est, quia omne agens in agendo reparatur; idcirco calor naturalis agendo in alimentum, quod aliquoties est illi contrarium, & dissimile, reparatur ab illo, & consequenter debilitatur, ac progressu temporis alimentum non convertitur in perfectum substantiam, & sic homo cogitur paulatim fenescere, & mori. Pari modo calor naturalis agit ineffanter in humidum radicale, & cum ipse calor ex sui natura sit subtiliavivus, segregans partes subtiliores à crassioribus, destruit humidum ipsum, illud exsiccano, & terrestrius reddendo; adeo ut reductur ineptum ad conservandum eundem calorem, qui propterea cum non reperiat amplius pabulum suum, idest humiditatem qua alitur, & nutritur, evanescit, & anima cessat informare corpus, deficiente calore, siquæ mors contingit, ut demonstrat idem Mastrius d. disp. 8. num. 125. & seqq. concludens, deficienciam humidi radicalis causare mortem viuentis, quia calor naturalis sustinere non potest in sola siccitate, vel in sola frigiditate; & hinc est, quod qui majore latitudine humiditatis radicalis possidet, longius vivit; qui verò minore citius moritur, & idem clerici breviorem vitam obtinent ob nimiam siccitatem destravivam humidum; prout etiam slegmatici, ac melancholici propter copiam terrestriavivis existentis in humido, ob quam calor diu conservari non potest, & ab eadem suffocatur.

Porro hæc irretetrabilis sententia, & inevitabilis necessitas moriendi imposita est homini post Adæ peccatum, quandoquidem si Adam non peccasset, mortis idem nescisset, quia conservasset jugiter, & indefinenter in se ipso calorem naturalem, ac humidum radicale comedendo de ligno vitae, de quo ita legitur in Genef. cap. 2. Vers. 9. Produxitque Dominus Deus de humo lignum pulebrum visu, & ad vescendum suave; Lignum quoque Vitae in medio Paradisi. Circa hoc Lignum Vitae, nempe Arborem vivificam, & vitalem, notant Scripturæ rursus, quod Hebraei legunt Lignum Vitarum ob quatuor causas. Prima est, quia fructus illius ligni, seu arboris reddidisset vitam hominis tam longam, quam nunc sunt multae vitae; ita ut si nunc vita nostra durat centum annos, tunc edendo de fructu illius arboris vixisset homo etiam usque ad quatuor millia annorum, & sic per quadraginta vitas ævi nostri. Secunda causa est, quia quilibet homo dicitur habere tres vitas, vegetativam, sensitivam, & intellectuivam; & quia fructus ejusdem arboris conservasset longissimas has tres vitas, ob hanc rationem dicebatur Lignum Vitarum. Tertia est, quia prædicitur arboris fructus non solum servasset perennem vitam Adæ; sed etiam ejus descendencium, ac posterorum omnium, qui ex eo comedisent. Quarta verò est, quia appellacione vitae intelligitur non solum vita naturalis, sed vita humana, jucunditate, ac felicitate fruens; siquidem existentis in miseris non dicitur frui vita, sed mortem pati, juxta illud damentatorum: Mors depascet eos. Psalm. 48. 15. idcirco quia fructus ligni vitae comesti ab hominibus fecisset eos vivere vitam felicissimam, suavem, ac omni voluptate plenam, hac de causa vocabatur ab hebraeis Lignum Vitarum. Ita eruditissimus Garzias de Londogno in sua Synopsi Sacri libri Genefis part. 1. ad d. cap. 2. Vers. 9. ignefion. 1.

De Sacramentis in genere.

Disputant Expositores Sacrae Scripturae, an comestio fructuum illius arboris, ac ligni vitae fecisset homines omnino immortales? Vel tantummodo conservasset eos in vita longo tempore? Alii opinantur, quod habuisset vim conservandi vitam hominum infinito tempore; primo, quia post peccatum Adam expulsus est à Paradiso terrestri, & ejus porta data est Angelo in custodiam, ne in illum revertetur Adam ad comedendum de ligno vitae, & ad effugiendam mortem. Genef. 3. 24. Ergo si potuisset de eo comedere vixisset in aeternum. Secundo, quia si non peccasset, nunquam obisset; igitur semper in vita cibis ille eum conservasset. Tertio, fructus ejusdem arboris habebat vim fovendi calorem naturalem, atque tuendi humidum radicale juxta proportionem, ac mensuram utriusque habitam à principio in productione hominis. Ergo homo semper, & infinito tempore vixisset. Ita ratiocinantur Rupertus libr. 3. de Trinit. cap. 30. & Tostatus supra cap. 13. Genef. qu. 173. E contra alii tenent, quod homo manducando fructum arboris vitae non vixisset infinito, sed longissimo tantum tempore, quousque Deus de Viatore fecisset illum Comprehensorem, scilicet assumendum illum de haec terra in caelum Empiteum absque ullo dolore, aut molestia. Probant hanc opinionem. Primo quia opus fuisset in illa arbore virtute infinita, quam tamquam vita creatum habere non poterat. Secundo quia natura humana est corruptibilis tum ex elementis, tum ex humoribus, quibus constat, quæ invicem pugnant, & se destrunt. Tertio quia calor naturalis quotidie fit debilior agendo in alimentum, & deficit. Quarto quia solophorum, omnis agens agendo reparatur. Humidum verò radicale de die in diem consumitur; & eo deficiente, vel penitus excremento factò, suaque unctuositate finita, calor ipse extinguitur, idem fructus illius arboris potuisset quidem servare utrumque longo, sed non infinito tempore. Quarto quia si habuisset virtutem conservandi vitam hominis tempore infinito, virtus illa fuisset superflua, quia homo non erat creatus, ut semper staret in hac terra; sed post definitum à Deo tempus transiret in Caelum. Idcirco hanc opinionem amplectitur S. Thomas 1. part. qu. 97. art. 4. & ibidem Cajetanus Item Durandus in 2. Sentent. dist. 19. q. 1. Pererius, ac Cornelius ad Lapidem in d. cap. 2. Genef. Vers. 9. Neque obstat, quod Deus ejiciendo Adam post peccatum de Paradiso dixerit, Ne fructum mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitae, & comedat, & vivat in aeternum. Nam respondetur; quod h in aeternum in Scriptura Sacra, & apud Hebraeos, ut plurimum, non significat aeternitatem, sed longum quidem ad restitutum, & determinatum tempus, prout Genef. cap. 6. Vers. 3. ait Dominus, Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, idest longam primorum patrum aetatem, eruntque dies illius centum viginti annorum. Sic promittit Deus Abraham Gen. 17. 8. Dabo tibi, & femini tuo Terram Chanana in possessionem aeternam, idest pro longissimo tempore, sed finem habituro. Ita dictum fuit Hebraeis: Vos habebitis famulos, & hereditario Jure transmittitis ad posterum, ac possidebitis in aeternum. Levit. 25. 46: hoc est usque ad quinquagesimum annum, qui jubileus erat, in quo isdem libertas erat concedenda. Simili modo dictum fuit, quod Deus posuit sibi populum Israel usque in aeternum. 1. Paral. 17. 22. Et quod Lex data Moysi in aeternum esset duratura: Custodi verbum istud legitimum tuum, & filii tui usque in aeternum. Exod. 12. 24. videlicet donec, & quousque veniret Messias, qui novam legem Evangelicam daret cunctis gentibus, ut bene observat idem Cornelius ad Lapidem in Can. 4. ante Pentateuch. nec non in Genef. d. cap. 2. Vers. 9. ubi allegat testimonium Jeremiae, cujus ore Deus ait: Eec dies venient,

K 4 nient,

nient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Juda factus novam; non secundum pactum, quod pepigi patribus vestris. Jer. 31. 31.

Sed utrum illa arbor fuerit una tantum, vel plures numero? & an ex eadem comederit Adam, antequam ejiceretur de Paradiso? Et num ipsa haberet virtutem naturalem, vel supernaturalem conservandi vitam hominum longissimo tempore? sunt quaestiones videndae apud Molinam, Pererium, & Cornelium à Lapide in d. cap. 2. Genes. Vers. 9. apud praefatum Garziam de Londogno in Synopsi ubi supra qu. 2. & Matrium de Generat. & Corrupt. d. disput. 8. num. 135. Satis enim hic est notare, quod ante transgressionem primorum parentum praeparatum erat pharmacum in illa arbor ad vivendum cum omni fanitate, ac felicitate, longissimo tempore, & multis annorum millibus; nunc autem rari sunt qui ex hominibus perveniant ad septimam eorumdem aetatem.

Sed dicit aliquis: Quae, & quot sunt aetates hominum? Respondet ipse Mastr. ead. disp. 8. num. 127. eas septem esse, Infantiam, Pueritiam, Adolefcentiam, Juventutem, Virilitatem, Senectutem, & Decrepitatem. Prima est infantia, quae durat ab ortu hominis usque ad annum sextum, quo tempore dicitur infans, quasi non fans, quia nascitur mutus, & usque ad dictum annum dicitur loqui, vocaturque Lunaris ob nimiam humiditatem, cujus praecipua causa est Luna. Secunda est pueritia, sic dicta à puritate, durans usque ad decimumquintum circiter annum; diciturque Mercurialis, quia tunc homines incipiunt discurrere, & scientias addiscere, quibus praest Mercurius inter planetas. Tertia est adolescentia usque ad annum 21. in feminis. vel 25. in maribus à verbo adoleo, quod est thus Diis incendere; siquidem in hac aetate mares, & feminae in amore ardent, & sibi quasi odores sacros promittunt, unde haec aetas appellatur Venerea, quoniam apta sit ad generationem. Quarta est Juventus usque ad annum 40. & vocatur Solaris ob floriditatem membrorum. Quinta est virilitas usque ad annum 50. ob virium fortitudinem, & tribuitur Marti cujus proprium est robur. Sexta est Senectus usque ad 65. annos; diciturque Jovialis, quia subijcitur Jovi propter gravitatem, prudentiam, & praerminentiam. Ultima est decrepitas usque ad finem vitae; & tribuitur Saturno, qui est causa frigiditatis, siccitatis, pigritiae, tristitiae, aliarumque imperfectionum, quibus decrepiti sciant. Duo tamen hic sunt notabiliter observanda, quae dicit Aristoteles de senibus in decrepita aetate constitutis: Unum est, quod hi ex parvis etiam passionibus; & morbis moriuntur, ea ratione, quia hi parum caloris habent, & hic facile extinguitur. Alterum, quod iidem senes decrepiti moriuntur sine dolore, quandoquidem defectus caloris causat in eis quendam insensibilitatem. Ita Arist. in lib. de Juventute, ac Senect. cap. 14. art. 1. num. 4. & ibi P. Silvest. Maurus Soc. Jesu tom. 4. pag. 704. idemque Matrium de Gener. Corrupt. d. disp. 8. num. 124. His addo Tertium, quod scilicet nimium gaudium, & ingens laetitia causat improvifam mortem, quia opprimit calorem naturalem. Exempla plura de mortuis ex abrupto ob nimiam laetiam reperit curiosus Lector apud Cornel. à Lapide Commentar. in Lucam. cap. 1. sub Vers. 47.

His ad ornatum materiae de morte hominum constitutis, reassumendo primam conditionem subiecti, cui ministrandum sit Oleum Sanctum, ea est, ut sit Homo Viator, id est Vivens; nam homo mortuus non est capax Sacramenti Extremæ Unctionis. Hoc Theologi confirmant rationibus sequentibus. 1. Quia omnia Sacramenta sunt instituta ad salutem hominum viatorum. Ergo non mortuorum. 2. Quia Extrema Unctio delet venialia, auget gratiam, & aliquando alleviat morbum corpo-

ralem; horum autem effectuum non est capax alius, nisi homo vivens. 3. Ex dispositione necessaria in ipso subiecto, nempe actus Penitentiae, quos mortuus non habet. 4. Quia de fide definitum est in Conc. Trid. sess. 14. de Extr. Unct. cap. 3. solum hominem infirmum esse subiectum hujus Sacramenti. Non igitur penitus mortuum. 5. Quia hoc Sacramentum ex opere operato solvitur venialibus; mortui autem neque solvi, neque ligari possunt in peccatis. cap. Legatur. cap. Nec quisquam. 24. qu. 2. Tandem quia Sacramenta non possunt indignis conferri, incertum est autem, an homo mortuus decesserit in gratia, vel non; sit, vel non sit dignus. Ita Suarez in 3. par. D. Thom. d. tom. 4. disp. 42. num. 1. Matrium in 4. Sent. disp. 6. n. 104. Thom. Tamburinus de Extr. Unct. lib. 6. cap. 2. §. 1. & Eminenti. Card. de Lauræa de eod. Sacram. disp. 11. n. 143. & 144.

Cæterum duo videntur graviter obstat huius assertioni. Unum est, quod ex auctoritate S. Dionysii Areopagita scribit Magrius in Hieroleis. Verb. Oleum Sanctum col. 3. videlicet, quod antiquitus ungebatur Oleo Sacro cadavera Sacerdotum, ac aliorum Ecclesiasticorum. Ergo Sacramentum Extremæ Unctionis etiam mortuis datur olim, & nunc dari poterit. Verba S. Dionysii in lib. de Eccles. Hierarch. cap. 7. hæc sunt: Tum Antistes oleo mortuum perfundit, sanctaque precatione pro omnibus adhibita in loco honorato corpus cum aliis ejusdem ordinis sanctis corporibus reponit, & condit. Eiusdem unctiois mentionem facit etiam Cornelius à Lapide in Comment. Epist. 1. ad Corinthios c. 9. sub Vers. 25. ubi est auctoritate ejusdem S. Dionysii ait, quod datur omnibus Christianis post eorum mortem.

Alterum, quod obstat, est factum S. Theodorici Abbatis, & discipuli S. Remigii Episcopi Rheimensis in Gallia, quod contigit Anno Christi 533. & quod legitur in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, collectis per D. Lucam d'Achery Monachum Congregationis S. Mauri; ac notis, & observationibus D. Joannis Mabillon ejusdem Congregationis illustratis, & in feculis decem distributis, in quibus. tom. 1. feu Saeculo primo, in Vita ejusdem S. Theodorici Abbatis pag. 618. numer. 11. narratur, quod defuncto Clodoveo magno Rege Francorum, quem S. Remigius baptizaverat, & regnante Theodorico eius filio, hujus filia nobilis summè dilecta cum graviter infirmaretur, iussu ejusdem Regis vocatus fuit S. Remigius ad eam invifendam, ac sua benedictione sanandam. Impeditur S. Remigius aliis gravissimis Pastoralibus curis missis ad Regem suum lugentem unà cum Regina, & omnibus Principibus suis, eo quia jam puella exspiraverat, & erat mortua. Ingressus S. Theodoricus puellæ defunctæ cubiculum, & genuflexus apud lectum ipsius cepit orare ad Dominum, & post diutinam orationem, ait Auctor Historiae, Moxque sciens se exarditam, ad corpus exarivæ accessit, atque OLEO SANCITO in morem reconciliantis quinque corporis sensus, tætu pollicis, illinit. Mirum in modum subito membra mortua in redviam redeunt formam, oculi aperiantur, vox reseratur, & vitæ redditam simul cum sanitate se esse Puella obtentu B. Theodorici omnibus prædicat. Prosequitur Auctor narrare Regis, ac Reginae, Aulicorumque omnium stuporem, lætitiâ, gratiarum actiones, ac munificas elemofynas à Rege ipso pro tanto miraculo elargitas. En igitur, quod antiquis illis temporibus etiam homini mortuo licebat Sacramentum Extremæ Unctionis ministrare.

His tamen minime obstantibus, contrarium omnino est tenendum; siquidem solus homo Viator, & vivens est subiectum capax ejusdem Sacramenti, ut probatum est supra. Quare responderetur

ad primum obiectum, quod illa unctio mortuorum, de qua scribit S. Dionysius Areopagita, non erat Sacramentalis, neque Extremæ Unctionis Sacramentum; sed pia, ac mystica cæremonia; fiebat enim in signum pietatis iuxta antiquum morem Judæorum, qui defunctorum corpora unguentis optimis ungere solebant, prout narrat Evangelistæ de Nicodemæ, ac Joseph ab Arimathea, qui Sacratissimum Redemptoris Corpus, antequam sepelirent myrrha, & aloë unxerunt, & de Sanctis mulieribus, quæ emerunt aromata, ut eandem unctioem piissimam replicarent. Habebat ulterius unctio illa, de qua loquitur S. Dionysius, mysticam significationem expressam ab eodem Sancto, ubi supra, his verbis circa Sacerdotes defunctos: At tum quidem olei perfusio ad sacra certamina eum, qui initiabatur, vocabatur: nunc autem oleum, quod infunditur, eum, qui excessu à vita, in ipsi certaminibus cecidisse, ac decessisse declarat. Circa verò reliquos fideles laicos ita dicit: Atque tunc quidem olei unctio baptizandum avocatur ad sacra certamina; nunc autem (in morte) infusum oleum designat eum, qui defunctus est, eadem sacra excessu certamina, siquæ fuisse consummatum. Ita transcribit Cornel. à Lapide, & Magrius locis supradictis; ex quibus verbis colligit idem Magrius argumentum, quod etiam in primitiva Ecclesia Sacerdotes in eorum ordinatione Oleo Sacro consecrabantur, non autem sola manuum Episcopi impositione; sed de hoc infra differendum erit in Decisionibus de Sacramento Ordinis.

Ad secundum obiectum de Oleo Sancto dato filiae defunctæ Regis Francorum à discipulo S. Remigii tripliciter responderetur. Primum, quod Unctio illa non fuerit Sacramentalis, sed medicinalis ex mera devotione; solum enim erat antiquitus ungere infirmos Oleo Lampadarum Ecclesiae, vel ab aliquo Prælato ad hunc effectum benedicto, cum invocatione aliquis Sancti, cujus ope infirmus erga ipsum devotus reportabat corporalem sanitatem, ut dictum est supra Decif. II. num. 19. & Decif. IX. num. 19. quod advertit etiam Magrius dist. Verb. Oleum Sanctum col. 3. cujus verba ibidem retuli; addens, quod Palladius in Lausacia fide de S. Macario Alexandrino loquitur: Sicut (scilicet infirmæ) commiserans sensu præbebat, & sacro Oleo eam propriis manibus ungens, ad dies viginti immunitem à malo reddidit, in Civitate propriam dimisit. Confirmatur, quod unctio illa B. Theodorici non fuerit Sacramentalis, quia non constat, tunc cum fuisse Sacerdotem; & eo tempore Monachum, ut plurimum, imò & Abbatem ob humilitatem, quam colebant, ordinibus Sacris non initiabantur; ut legitur in iidem feculis Benedictinis tom. 1. in Praefat. & traditæ Auzorius tom. 1. lib. 12. cap. 19. Vers. Undecimò: Gonzalez in cap. Episcoporum, 4. de Prebend. numer. 8. in fin. & Bordonus de Profess. Regul. cap. 1. numer. 6. ac numer. 31. & seqq. Et non obicit id innotit Historicis in narratione illius unctiois; ait enim, quod OLEO SANCITO in morem reconciliantis quinque corporis sensus tætu pollicis illinit. Si quidem ly in morem reconciliantis hunc sensum faciunt, adinstar, & ad similitudinem ministrantis Extremæ Unctionis Sacramentum. At simile non est idem. Glosa in l. Quod Nerva. & ibi Bartolus ff. Depositi. Marc. Mantua Patavinus ff. Regul. 218. Barbosa Axioma. 208. ubi DD. cumulat. Sed est quod fuerit Unctio Sacramentalis, Secundo responderetur, quod quando B. Theodoricus fuerit ad puellam mortuam invifendam, obtinuerit à Deo gratiam resurrectiois ejus; siquæ illius anima iterum corpus informaverat, nam Historicis dicit, Moxque sciens se exarditam; & sic non mortuum, sed vivam invifit. Responderetur Tertio, si puellam post Unctio nem tantum revivisse credamus, factum illud fuisse mirabile, non imitabile, tamquam ex Dei spe-

ciali instinctu patratum; non autem regulis juris directum. Nemo est, qui neciat à Sanctis multa fieri ex particulari motione Divina, quæ à nobis sunt miranda, non imitanda; ut notavi in Decisionibus de Baptismo Decif. XXXVII. n. 12. ubi varia exempla retuli SS. Martyrum utriusque sexus, qui ex Spiritu Sancti interna inspiratione sibi ipsi mortem dederunt; de quibus videndus Emin. Card. de Lauræa in 3. sent. part. 2. tom. 3. in tract. de Martyrio disput. 20. num. 96. nec non Cornelius à Lapide Comment. in Proverb. Salomonis cap. 31. Vers. 30. ubi narrat ex hoc Dei interno consilio plures Virgines sibi oculos eruisse, nasos truncasse, vibicibus deformasse faciem, ut præcederet incensis tentationis ansam. Et in specie, quod S. Ebba Abbatis in Anglia Anno 870. Danis Angliam invadentibus, ut eorum lasciviam effugeret, se se cum omnibus monialibus naso, & labro superiore truncavit; quare Dani furentes cum cenobio eas omnes concremarunt, & de his alia consimilia exempla plura ibidem. Igitur non obstante factò B. Theodorici, firma, & inconcussa conclusio esse debet, quod Sacramentum Extremæ Unctionis non potest mortuis ministrari; quia solus homo Viator, id est vivens est subiectum capax ipsius.

Ex hac conclusione duo corollaria sunt à studiosis notanda. Unum est, quod si Parochus ceperit Oleum Sanctum ministrare infirmo, qui exspiraverit ex abrupto antequam omnium sensuum unctioes compleantur, debet Parochus abstinere ab aliis unctioibus. Bonacina de Extrem. Unct. pund. 5. num. 8. Gobat tract. 8. num. 876. Alterum est, quod ministraturus Parochus hoc Sacramentum laboranti in extremis, si dubitet, an exspiraverit, nec ne; potest sub conditione, si vivus est, illum invifere. Suarez d. disput. 42. num. 1. in fine; rationem subdens, quia generale est omnibus Sacramentis; ut in casibus dubiis possint hoc modo ministrari; nam per aduniam conditionem tollitur omne periculum irrogandi injuriam Sacramento, & ministrandi Sacramentum illo modo, vitatur periculum privandi proximum magno subsidio, & remedia suæ salutis, cuius fortasse adhuc capax est. Concordant alii DD. inter quos Tamburinus de Extrem. Unctio. cap. 1. §. 2. numer. 4. & Matrium in 4. sentent. d. disput. 6. num. 104.

DECISIO LXXXVII.

ARGUMENTUM.

Quia homo Viator, ut sit capax Extremæ Unctionis, debet esse baptizatus, disputatur, An Catechumena incognita finita Oleo Sancto in articulo mortis, valide receperit illud Sacramentum? Hac occasione varia, atque curiosa dubia deciduntur; videlicet, quo tempore sit institutum Baptismus à Christo Domino? An Apostoli baptizati fuerint ante, vel post Dominicam Passionem? Cornelius Centurio, cur receperit Spiritum Sanctum visibiliter, antequam baptizaretur? Deipara, S. Petrus, & alii Apostoli à quo sint baptizati? An valide contrahant Matrimonium Catechumini? Hi an possint excommunicari? In loco sacro sepeliri? Et accipere Indulgentias?

SUMMARYUM.

- 1. Baptizatis tantum danda est Extrema Unctio. Et num. 3. & 18.
- 2. Baptismus est ianna aliorum Sacramentorum.
- 3. Baptismus Flamini justificat, & delet peccata.
- 4. Fidelis, & Charitas facit homines membra Christi.